

Fig: 8




Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 4.














Fig. 5.









Membranous part of the Bladder, as he says, cut in the Operation, yet the Patient recovered and became perfectly well.

But these, and such like surprising Cures, I take to be erratik or Anomalous, if I may so call them; because they happen seldom, and when they do, seem to be contrary to the settled Rules of Physick; and therefore can little avail in guiding a Man's Practice, according to the Saying, *Quæ Rara sunt, non sunt Artis*: And notwithstanding several such rare Cases, daily Experience will vouch for the Authority of that Aphorism of Hippocrates, *Kύσιν διανοπέντι θαρετῶδες, cui Secta est vesica lethale est*, as not being founded on a few Examples or a Notion, but what commonly holds true, or as Hippocrates often expresses it, *ως ἐπὶ τὸ πολὺ, for the most part*, which is a sufficient, and indeed the only Principle on which we may constitute a standing Rule in Physick; for as the Judicious Celsus has truly observed in his Preface to his Book *de Re Medica*, *Vix ulla Perpetua Præcepta Medicinalis, Ars recipit.*

IV. Eclipsis Lunaris Observatio, facta Roterdami die 29. Octobris Anni 1697. N. S. A Jacobo Cassini, R. Ac. Parisiensis Socio.

EClipsis Lunæ diei 29 Octobris anni 1697. observata est Roterdami per Telescopium quatuor ferè pedum Parisiensium oculari convexo in cuius foco erant fila quatuor sese in axe intersecantia ad angulos rectos & semirectos, ad Phases dimetiendas, macularumque Lunarium situm determinandum. Hoc Telescopium impositum erat fulcro habenti axem in situ parallelo axi mundi constitutum, ut postquam ad Lunam directum esset ad unius phasis observationem, posset ad alias phases Observandas per Lunæ semitam ad occasum revo-

lui. Ita autem primo dirigebatur ad Lunam, ut eo immoto permanente Lunæ limbus borealis suo motu ad occasum raderet unum ex his filis quod ideo parallelum dicimus, licet ob motum Lunæ in declinationem motui Lunæ ad occasum multo celeriori commixtum nonnihil ab equatore declinaret dum Lunæ discus in reliqua tria fila successivè incideret. Horum trium filorum intermedium angulos rectos cum parallelo efficiens, rectum perpendicularare & verticale appellamus. Reliqua duo obliqua, quorum primum dicimus in quod prius Luna incidit, secundum obliquum in quod Luna incidit posterius. Initio Eclipsis, quando Lunæ punctum borealissimum nondum in umbra erat immersum, illud filo aptavimus parallelo. Deinde postquam tale punctum umbræ immersum est, eidem filo aptavimus australissimum Lunæ punctum, unde factum est ut quod filum initio fuerat primum, in aliarum phasium determinatione fuerit postremum & primum evaserit quod postremum fuerat initio. Cum autem *Vid. Tab.* Lunæ limbus filum parallelum percurreret, Lunæ centrum intelligebatur describere Lunarem semitam huic filo parallelam quæ ab aliis tribus filis secabatur. Portiones autem hujus semitæ supponuntur proportionales temporibus quibus ipsas Lunæ centrum percurrit, inæqualitas enim motus proprii uniuersali motui immixti exiguo tempore imperceptibilis est. Cum igitur Lunæ limbus parallelum percurreret, observabatur beneficio horologii pendulo instruicti & diebus praecedentibus ad solem conformati tempus adventus Lunæ macularum aliquot & lunarium cornuum ad hæc tria fila & deprehensum est hujus Eclipsis tempore Lunæ discum transfire per filum rectum $2' 24''$ per fila verò obliqua $3' 24''$ ideoque semi diametrum Lunæ transfire per rectum $1' 12''$ per obliqua verò $1' 42''$ differentiâ utriusque transitus existente $30''$. Hinc Observato uno appulso Lunæ ad quodvis horum filorum, vel uno egressu dantur omnes alii ad fila reliqua. Semidiameter Lunæ AB jacens in lunari semita ABCDEF pertransit per *Vid. Tab.* ejus punctum quod libet dum centrum A, percurrit spatium sibi æquale AB at alia semidiameter AK angulum rectum efficiens cum alia rectâ linea NCK ad punctum K in quo proinde Lunam continget in K, ab ejus semita declinans angulo KCA, transit per ipsum filum CK, dum centrum Lunæ percurrit, AC, hypothenu-

Fig. 3. sam

sam trianguli rectanguli, AKC, estque tempus transitus semidiametri, AB, per filum perpendicularare Lunam contingens in B, ad transitum semidiametri, AK, per filum obliquum NCK, ut AB vel AK, sinus Anguli ACK, ad AC, sinum anguli recti, sive radium. Filo igitur, NCK, faciente eum semitâ Lunæ Angulo KCA semirecto, & Angulus KAC in triangulo rectangulo semirectus erit, ideoque latera CK, KA, æqualia, erit transitus rectus secundum AB, ad transitum semidiametri AK, per filum obliquum NK, ut sinus anguli semirecti ad sinum anguli recti, ut 707 ad 1000 , sive ut $72''$ ad $102''$ vel $1'42''$ fere, ut observabatur Lunaris centri semitâ existente AH. Lunæ semidiametro ipsi perpendicularari, AM, ductâ MNO, parallela ipsi AH, ipsa congruet filo quod Lunæ limbus motu suo ad occidentem radet, quod secabitur ab obliquis, MCK, NGI & a recto NEP in puncto N quâ transit Axis Telescopii; facietque cum his filis Lunaris orbita duo triangula rectangula NEC, NEG, quæ supponuntur habere Angulos semirectos ad puncta N, C, G. Sunt ergo similia & æqualia, habentque latera CE, EG, EN, æqualia semidiametro Lunæ AM. Si hinc inde ab intersectionibus C & G accipientur in filis ipsi semidiametro æquales CR, CS; GI, GR, & in orbitâ CA, CF, GD, GH æquales CN, & jungantur AK, FS, DR, HI erunt ipsæ omnes equales inter se, efficientque ad fila angulos rectos ad K, S, R, I. Quare centro Lunæ existente in A, Luna tanget primum obliquum in K & postquam centrum Lunæ venit ab A in C ejus semidiameter congruet lineaæ CE, ideoque Luna tanget filum rectum in E. Postquam autem centrum Lunæ venerit ab A, in D, tanget secundum obliquum in R. Est autem AD æqualis Diámetro Luna, nam cum GD sit æqualis CA, addendo DC habebitur AD æqualis GC qui quidem est diametro Lunæ æqualis. Sed cum GD sit æqualis CF si ab his auferantur æquales GE, EC erit FE æqualis ED et erit DF dupla, tantumque erit a contactu primo secundi obliqui in R ad contactum ultimum primi obliqui in S & postquam centrum Lunæ progressum fuerit in G ad distantiam semidiametri unius EG, Luna continget ultimo filum rectum in E. Lunæ centro progreso a G in H ipsa tanget ultimo secundum obliquum in I. Supposito igitur transitu recto Lunæ fieri $2'24''$ ut observatum est.

Posito ergo transitu recto lineaæ fieri $2'24''$ ut observatum est.

Posito

Posito Centro in A & contactu primi oblique in K.

Centrum Lunæ erit in C & continget 1°. rectum in E.

Centrum perveniet in D & continget 1°. 2. obliquum in R.

Lunæ centrum erit in E filo intermedio perpendiculari.

Centrum perveniet in F & continget ultimo 1. obliquum in S.

Centrum erit in G & continget ultimo rectum in E.

Erit tandem in H & continget ultimo 2. obliquum in I.

			Differentia Contingentia
○	○	I	" "
I	42		42
2	24		42
2	54		0
3	24		
4	6		42
5	48		42

Huic calculo corresponebant ut plurimum observationes in hâc Eclipsi intrâ secundum unum.

Vid. Tab. servationes in hâc Eclipsi intrâ secundum unum.
Fig. 4. sufficiebat igitur in una phasi observare duos ex his transitibus in reliquis phasibus unum, ut reliqui omnes innotescerent, sed plures observabantur ad majorem evidentiam, cumque Luna in hâc Eclipsi majori parte temporis Nubibus tegeretur ex quibus per intervalla emergebat, in emersionibus u observabantur transitus qui magis prestò erant.

Quod ad Lunares maculas attinet, observabatur transitus insigriorum magisque apparentium, pauca enim aere nebuloso clare distinguebantur, & quæ propiores erant Lunari orbitæ, tam per filum rectum quam per unum aut utrumque obliquorum, transitus autem per rectum semper mediùs est inter transitus per duo obliqua eundem angulum cum Lunæ semitâ efficientia: quare observatis duobus quibuscunque tertium inveniri poterat.

Comparatur autem transitus marginis præcedentis. Lunæ & maculæ per filum rectum ad habendam differentiam quam dicimus longitudinem maculæ a margine præcedenti: & transitus rectus maculæ comparatur cum obliquo ad habendam differentiam quæ æqualis est distantia viae maculæ a semitâ puncti borealissimi radentis filum parallelum. Cum enim via maculæ ABC, parallela sit viæ marginis DEF, eosdem cum eisdem filis

filis Angulos facit semirectos ad A & C, rectos ad B, unde angulus ad A æqualis est Angulo ad C, *Vid. Tab.* & latus BA æquale lateri BE latitudini maculae B *Fig. 5.* a filo FED.

Data autem longitudine & latitudine maculae datur ejus situs in Lunâ. Descripto quippe circa ipsam quadrato cuius latus AB, intelligatur congruere filo parallelo & sit divisum in tot æquales partes quot secundis Luna per filum rectum transit latera vero AC, BD, ipsi filo perpendicularia sint in totidem similiter partes æquales divisa. *Vid. Tab.* Sumptâ in parallelis longitudine AE, CF & ductâ *Fig. 6.* FE & in perpendicularibus latitudine AG, BH, quam æqualem dicimus viæ interceptæ inter rectum & obliquum determinatur situs maculae, M, in communi harum rectarum intersectione.

Quod spectat ad Lunæ cornua in Eclipsi, ipsâ determinari possunt solâ longitudine, modo sciatur quo in semicirculo australi vel Boreali sint ut cornu I per longitudinem AE vel CF, recta quippe FE Lunæ marginem secat in duobus punctis L & I, quorum unum est in semicirculo Boreali, alterum in Australi. Poteſt etiam determinari solâ latitudine AK, vel BM, modo sciatur quo in semicirculo orientali vel occidentali sit punctum I. Ex lineis autem longitudinis & latitudinis illa exactius situm cornu determinat, quæ propior est centro, ut hic punctum, I, exactius determinatur longitudine quam latitudine; è contra punctum O exactius latitudine quam longitudine, idque ob minorem obliquitatem lineæ rectæ ad circumferentiam, quâ efficitur ut exigua variatio distantiarum magis sit in circunferentiâ sensibilis. Alia ratione per obliquos transitus determinatur situs macularum & cornuum Lunæ, si linea AD parallela semitæ Lunari PQ, ipsius marginem tangentem fiat diameter quadrati Lunæ circumscripsi quæ dividatur in tot æquales partes quot secundis Luna per filum obliquum pertransit, ut in hac Eclipsi in partes 204. Hujus quadrati duo latera AC, BD, primum obliquum representabunt, ut pote illi parallela, reliqua AB, CD secundum obliquum, sumpta autem differentia inter *Vid. Tab.* transitum marginis præcedentis Lunæ & maculae *Fig. 7.* M per obliquum in secundis horariis ab angulo præcedente ab A in T, & ductâ per T rectâ EF parallela lateri,

teri, AC, & similiter sumptâ ab eodem angulo A, differentia inter transitum marginis præcedentis K & maculæ M, per secundum obliquum AB, ut AV, per punctum V, ducatur recta GVH parallela lateri AB, repreſentabit 2. obliquum fecans priorem in punto M, ibique ſitum maculæ determinabit. Eadem ratione determinabitur ſitus cornu E per differentiam ipsius transitus & marginis per 1. obliquum ſumpta, ut AT ſitus cornu H per differentiam ipsius transitus per ſecundum obliquum AB, ut AU, & ductâ per V, recta GH, parallela lateri AD modo ſciatur ſit ne cornu in ſemicirculo præcedente aut ſequente.

Die 29. Octobris, 1697. Roterodami Vesperè post ſolis occafum Cælum nubibus erat obductum. Viſa autem eſt Luna inter Nubes horâ 6 18' adhuc integra, in prædium autem observationum cæptus eſt determinari ſitus macularum, notato tempore transitus ipsarum per fila Telescopii, horologio quod (ut ex observationibus ſolis altitudinum æqualium, manè & vespere eadem die, & præcedentibus, captarum deducebatur) ēa horâ & ſequentibus retardabat minutis 1' 4" quæ ſequentibus observationibus addidi & ita ad veram horam ſunt reductae.

Cum ergo margo Lunæ Borealis filum parallelum raderet ſitus promontorii acuti quod propè Lunarem orbitam incidebat ſic determinatus eſt.

	h	'	"	
A	6	29	36	Promontorium acutum ad primum obliquum.
B	6	21	27	Præcedens Lunæ margo ad perpendicularē.
C	6	22	3	Promontorium acutum ad perpendicularē.
Ergo C-B	0	36		Differentia transitus per filum perpendicularē quæ eſt longitudo promontorii acuti a margine præcedente.
C-A	1	27		Differentia transitus promontorii acuti inter 1. obliquum & perpendicularē quæ ejus eſt latitudo a margine boreali. Ante-

(21)

Antequam aliarum macularum situs posset determinari Luna Nubibus est obducta.

h
6 30 34 Luna inter Nubes confusa adhuc apparet integra.

Prima Observatio Eclipsis.

6	38	58	Luna è Nubibus emergens jam & margine superiori filum perpendiculare radente, phasis & aliquot macularum situs sic determinatus est.
6	41	1	Ex Sequentibus præcedens margo ad primum obliquum.
A	6	41 23	Initium Maris Crisii ad 1. obl.
B	6	41 50	Promontorium acutum ad 1. obl.
C	6	42 12	Plinius ad 1. obl.
D	6	42 25	Menelaus ad 1. obliquum.
E	6	42 33	Manilius ad 1. obliquum.
F	6	42 43	Primus margo ad perpendiculare.
G	6	43 0	Proclus ad perpendiculare.
H	6	43 20	Promontorium acutum ad perpendiculare.
I	6	43 26	Margo sequens ad 1. obliquum.
K	6	43 30	Menelaus ad perpendiculare.
L	6	44 0	Cornu præc. Lunæ ad perpendiculare, ipsa tangit filum horiz.
M	6	44 21	Cornu sequens ad 1. obliquum.
N	6	44 35	Menelaus ad 2. obliquum.
O	6	44 57	Cornu sequens ad verticale.
P	6	45 7	Margo sequens ad perpendiculare.
Q	6	45 33	Cornu sequens ad 2. obliquum.
R	6	45 55	Grimaldus ad 2 obliquum.
S	6	46 49	Sequens Margo ad 2 obliquum.

Examen primæ Observationis.

P—F	2	24	Transitus Lunæ per perpendiculare.
S—I	3	23	Transitus Lunæ per 2. obliquum.
H—F	0	37	Promotorii acuti Longitudo a margine præcedente.

D

H—B

H-B	1 30	Promontorii acuti latitudo a Margine Boreali.
K-F	0 47	Menelai longitudo a margine p̄æcedente.
K-D	1 5	Menelai latitudo a margine Boreali.
O-K		
L-F	1 17	Cornu p̄æcedentis longitudo a margine p̄æc.
	0 0	Latitudo nulla.
O-F	2 14	Cornu sequentis longitudo a margine p̄æcedenti.
O-M	0 36	Latitudo ejusdem cornu a margine Boreali.
Q-O	0 36	Eadem latitudo.

Ad eundem modum aliæ obseruationes expensæ sunt rejetis iis quæ minimè inter se convenire videbantur. Hinc longitudines & latitudines cornuum deducuntur, ubi deerat transitus per filum perpendicularē, is deductus est ex transītibus per duos obliquos diviso bifariam tempore inter utrumque.

Phasæ.	Longitudo à Margine P̄æc.	Latitudo à Margine Bor.	Longitudo à Margine P̄æc.	Latitudo à Margine Boreali.
a.	1 17	0 0	2 14	0 36
		Latitudo à Margine Aust.		Latitudo à Margine Aust.
2a.	0 28		2 24	1 17
3a.	0 10	1 49	2 22	1 9
4a.	0 1	1 10	2 23½	1 6
5a.	0 2	0 56		
6a.	0 3	0 53	2 24	1 16
7a.	0 6	0 42	2 22	
8a.	0 11	0 32	2 13	1 54
9a.	0 6	0 43	1 35	
10a.	0 0	0 54		

Ad descriptionem phasium sumpta est semidiameter umbras æqualis diametro Lunæ cum duabus tertiiis semidiametri ejusdem quæ magis congruere visa est.

In Secundâ Phasî in quâ Cælum obscurum.

	<i>h</i>			
A	7	6	46	Margo præcedens ad perpendicularare.
B	7	7	8	Cornu præcedens ad verticale.
C	7	7	47	Cornu sequens ad 1. obliquum.
D	7	8	19	Margo sequens ad 1. obliquum.
E	7	9	4	Cornu sequens ad verticale.
	7	12	22	Umbra ad Manilium.

Situs Cornuum.

B—A	o	28	Cornu præced. longitudo a margine præcedente.
E—A	2	24	Cornu sequentis longitudo a margine orientali.
E—C	i	17	Cornu sequentis lat. a margine Australi.

In Tertiâ Phasî.

A	7	29	30	Cornu præc. ad 1. obliquum.
B	7	21	9	Margo præc. ad verticale.
C	7	21	19	Cornu præc. ad verticale.
D	7	21	51	Margo præcedens ad 2. obliquum.
E	7	22	24	Cornu sequens ad 1. obliquum.
F	7	22	47	Margo sequens ad 1. obliquum.
G	7	23	9	Cornu præcedens ad 2. obliquum.
H	7	23	31	Cornu sequens ad verticale.
I	7	24	40	Cornu sequens ad 2. obliquum.
	7	29	4	Umbra ad Dyonisium

Situs Cornuum.

C—B	o	10	Cornu præcedentis longitudo a margine orientali.
C—A	i	49	Cornu præcedentis latitudo a margine Australi.
G—C	i	50	Eadem latitudo.
H—B	2	22	Cornu sequentis longitudo a margine præcedente.

D 2

H—E

In Quarta Pbaſi.

	<i>h</i>			
A	7	40	24	Cornu præcedens ad 1. obli- quum.
* I	7	41	34	Ex sequentibus margo præ- cedens ad verticale.
B	7	41	35	Cornu præced. ad verticale.
C	7	42	18	Margo præced. ad 1. obli- quum.
D	7	42	44	Cornu præcedens ad 2. obli- quum.
E	7	42	51	Cornu sequens ad 1. obli- quum.
F	7	43	14	Margo sequens ad 1. obli- quum.
* E+K	7	43	57½	Cornu sequens ad verticale.
G	7	43	58	Margo sequens ad verticale.
H	7	45	4	Cornu seq. ad 2. obl.
G — 2' 24" v I	7	41	34	Margo præced. ad verticale.
B — I		0	1	Cornu præc. longitudo a marginе præced.
B — A	1	11		Cornu præc. latitudo a mar- gine australi.
D — B	1	9		Eadem latitudo.
H — E	2	13		Differentia transitus cornu sequentis inter obliqu.
K	1	6½		Dimidium lat. cornu sequ. a marg. Australi.
* E+K	7	43	57½	Cornu sequens ad verticale.
* E+K—I		2	23½	Longitudo cornu seq. a mar- gine præceden e.

(25)

In Quintâ Phafsi.

- | | h | | | | |
|-------|----|-----|-----|------------------------------------|--|
| I | 7 | 49 | 34. | Margo præcedens ad 1. obliquum. | |
| A | 7 | 50 | 22 | Cornu præcedens ad 1. obliquum. | |
| B | 7 | 51 | .4 | Promontorium acutum in umbra. | |
| *L | 7 | 51 | 16 | Margo præcedens ad perpendicularē. | |
| C | 7 | 51 | 18 | Cornu præcedens ad verticale. | |
| D | 7 | 51 | 58 | Margo præcedens ad 2. obliquum. | |
| E | 7 | 52 | 29 | Cornu sequens ad 1. obliquum. | |
| F | 7 | 52 | 56 | Margo sequens ad 1. obliquum. | |
| D — 2 | 24 | v I | 7 | 49 | 34 Margo præcedens ad 1. obliquum. |
| B — I | | | 1 | 30 | Longit. obl. Promontorii acuti a 1. obliquo. |

Situs cornuum Quintæ Phafsi.

- | | | | | | |
|-------|----|-----|---|-----|--|
| D — o | 42 | v L | 7 | 51 | 16 Margo præcedens ad perpendicularē. |
| C — L | | | o | 2 | Cornu præcedentis long. a marg. præced. |
| C — A | | | o | 56 | Cornu præced. latitudo a margine australi. |
| E — I | | | 2 | 55 | Long. obliqua a 1. obl. ad maximam long. 3' 24". |
| | | | o | 29. | Complementum. Idem complementum. |
| F — E | | | o | 27 | Idem complementum. Medium o' 28". |

(26)

In Sextâ Phasî.

h

* L	7	53	14	Margo præcedens ad 1. obl.
A	7	54	6	Cornu præcedens ad 1. obl.
B	7	54	44	Promont. acutum ad 1. obl.
* K	7	54	56	Margo præced. ad perpend.
C	7	54	59	Cornu præced. ad perpend.
D	7	55	38	Margo præced. ad 2. obl.
F	7	55	52	Cornu præced. ad 2. obl.
G	7	56	4	Cornu sequens ad 1. obl.
H	7	56	36	Margo sequens ad 1. obl.
I	7	57	20	Cornu sequens ad verticale.

D — 2	24	v L	7	53	14	Margo præcedens ad 1. obl.
D — o	43	v K	7	54	56	Margo præced. ad perpend.

Situs Cornuum.

C — K	o	3	Cornu præced. longitudo a marg. præcedenti.
C — A	o	53	Cornu præced. latitudo a marg. australi.
F — C	o	53	Eadem latitudo.
I — K	2	24	Longitudo cornu sequentis a marg. præcedenti.
I — G	1	16	Latitudo Cornu sequentis a marg. australi.
B — L	1	30	Longitudo obliqua Prom. acuti a 1. obl.

In Septimâ Phasî.

* I	8	5	51	Margo præced. ad 1. obl.
A	8	6	58	Cornu præced. ad 1. obl.
* K	8	7	33	Margo præced. ad perpend.
B	8	7	39	Cornu præced ad perpend.
C	8	8	15	Margo præced. ad 2. obl.
D	8	8	21	Cornu præced. ad 2. obl.
E	8	8	55	Medium umbræ ad perpend. ferè.
F	8	9	14	Margo sequens ad 1. obl.
				G 8

	h			
G	8	9	55	Cornu sequens ad verticale.
H	8	9	58	Margo sequens ad verticale.
C — 2° 24" v I	8	5	51	Margo præced. ad 1. obl.
C — o 42 v K	8	7	33	Margo præced. ad perpend.
B — K	o	o	6	Cornu præced. long. a margine præcedenti.
B — A	o	o	41	Cornu præced. lat. a margine australi.
D — B	o	o	42	Eadem latitudo.
G — K	o	2	22	Cornu sequentis long. a marg. præced.

In Octavâ Phasî.

A	8	23	53	Cornu præced. ad 1. obl.
* K	8	24	13	Margo præce ¹ . ad vert.
B	8	24	24	Cornu præced. ad perp.
C	8	24	55	Margo præced. ad 2. obl.
D	8	24	57	Cornu præced. ad 2. obl.
E	8	25	55	Margo sequens ad 1. obl.
F	8	26	26	Cornu seq. ad perpend.
G	8	26	38	Margo sequens ad vertic.
H	8	28	20	Cornu sequens ad 2. obl.
C — o 42" v K	8	24	13	Margo præced. ad perpend.
B — K	o	o	11	Longitudo cornu præced. a margine australi.
B — A	o	o	31	Latitudo cornu præc. a margine australi.
D — B	o	o	33	Eadem latitudo.
F — K	o	2	13	Longitudo cornu seq. a margine præcedenti.
H — F	o	1	54	Latitudo cornu seq. a margine australi.

In Nonâ Phasî.

A	8	49	25	Cornu præced. ad 1. obl.
B	8	49	42	Eclipsis concavitas ad 1. obl.
* I	8	50	2	Margo præced. ad perpend.
C	8	50	8	Cornu præced. ad verticale.
D	8	50	41	Margo præc. ad 2. obliquum.

	<i>h</i>			
E	8	50	51	Cornu præc. ad 2. obliquum.
F	8	51	34	Cornu seq. ad verticale.
G	8	51	43	Margo seq. ad 1. obl.
H	8	52	26	Margo seq. ad verticale.
H — o' 24" v I	8	50	2	Margo præc. ad perpend.
C — I	o	o	6	Longitudo Cornu præc. a marginē præc.
C — A	o	o	43	Latitudo cornu præced. a marginē australi.
E — C	o	o	43	Eadem latitudo.
F — I	o	1	32	Long. cornu sequ. a marg. præced. Latitudo cornu seq. desideratur.

In Decimâ Phasi.

* L	9	3	38	Margo præcedens ad 1. obl.
A	9	4	29	Cornu præcedens ad 1. obl.
B	9	5	4	Umbra recedit a Plinio.
* H	9	5	20	Margo præced. ad verticale.
* I	9	5	23	Cornu præced. ad verticale.
C	9	5	53	Cornu seq. ad 1. obl.
D	9	6	17	Cornu præc. ad 2. obl.
E	9	7	2	Margo seq. ad 1. obl.
F	9	7	47	Margo seq. ad verticale.
E — 2' 42" v H	9	5	20	
D — A	o	1	48	Transitus cornu præced. in- ter obliquos.
M	o	o	54	Dimidium lat. Cornu Præc. a marginē australi.
D — M vel I	9	5	23	Cornu præc. ad verticale.
I — H	o	3		Longitudo.
E — 3' 24" v L	9	3	37	Margo præced. ad 1. obl.
F — 4' 6 v L	9	3	41	Idem margo.
C — L	2	25		Longitudo obliqua cornu seq. a 1 obliquo.
	9	9	4	Umbra recedit a Langreno.
	9	19		Finis maris tranquilitatis.
	13	40		Aristoteles.
	14	39		Cleomedes.
	21	34		Finis.

Fig. 8








Fig. 9

